



**Het Paradys der Geestelijcke ende Kerkelijcke
Lof-sangen/ op de principaelste Feest-daghen des
gheheelen Jaers**

Afhakker, Aegidius

Herzogenbusch, 1621

Ad Completorivm.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55072](#)

Mittit crystallum suam sicut buccellas : ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emitte verbum suum , & liquefaciet ea : flabit spiritus cius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob : justitias & judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : & judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, & Filio.

A D C O M P L E T O R I V M .

Converte nos Deus salutaris noster. *Resp.* Et averte iram tuam à nobis.

Vers. Deus in adiutorium meum intende.

Resp. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 4.

Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae mee : in tribulatione dilatasti mihi.

Misericordie mei : & exaudi orationem meam.

Fili⁹ hominum usquequò gravi corde : ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : Dominus exaudiet me , cùm clamarero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare : quæ dicitis in cordibus vestris , in cubilibus vestris compungimini.

saci-